

Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem.

Dominus vobiscum. R̄. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

TEMPORE PASCHALI.

Ad Magnificat Antiphona. Regina cæli lætare, allelúia : quia quem meruisti portare, allelúia, resurrexit sicut dixit, allelúia. Ora pro nobis Deum, allelúia.

✠ Tempore Ascensionis in præcedenti Antiphona, omisso verbo resurrexit, dicatur : jam ascendit.

Dominus vobiscum. R̄. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et corpóris salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginitatis intercessióne a præsentí liberári tristítia, et æterna pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

OFFICIUM BEATI PATRIS NOSTRI DOMINICI.

IN FERIA TERTIA.

Feria secunda præcedenti in Vesperis Ps. 114. Diléxi. et ceteri cum suis Antiphonis, pag. 48. et seq.

Capitulum.

Eccli. 50.

QUASI stella matutína in médiõ nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis ⁊ et quasi sol refúlgens : sic iste effúlsit in templo Dei.

Hymnus Gaude mater Ecclésia., pag. 561.; V̄. Ora pro